Sharpe ed. online with apparatus tucked in

Henricus rex Anglorum {N.} episcopo et {M.} uic(ecomiti)† et omnibus baronibus et fidelibus suis tam francigenis quam anglicis†† de {tali} scira salutem.

uic(ecomiti)] uicecomiti Herts; om. Worcs; evidence lacking J Hexh Interp Lond QuadrHn

anglicis] angligenis Worcs

tam francigenis quam anglicis] tam francigenis quam anglicis Herts Hexh Interp; francis et anglis Lond QuadrHn; om. Roff

[1] Sciatis me dei misericordia et communi consilio baronum regni Anglie eiusdem regni regem coronatum esse. Et quia regnum oppressum erat iniustis exactionibus, ego respectu dei et amore quem erga uos <omnes>† habeo, sanctam dei ecclesiam in primis liberam facio, ita quod nec [eam]† uendam nec ad firmam ponam, nec mortuo archiepiscopo seu episcopo siue abbate †aliquid accipiam de dominio ecclesie uel de hominibus eius† donec successor in eam ingrediatur. Et omnes malas consuetudines quibus regnum Anglie iniuste opprimebatur inde aufero, quas malas consuetudines ex parte hic pono.

<omnes>] omnes Herts Hexh Interp Lond QuadrHn; om. Roff Worcs

[eam]] eam Herts Hexh; om. Interp Lond QuadrHn Roff Worcs

seu episcopo siue abbate] seu episcopo siue abbate Interp Worcs; siue ep. siue ab. Roff; uel ep. siue ab. Herts Lond; siue ep. uel ab QuadrHn; uel ep. uel ab. Hexh

eius] eius Interp Lond QuadrHn Roff Worcs; om. Herts Hexh

[2] Si quis baronum meorum,† comitum† siue† aliorum qui de me tenent, mortuus fuerit, heres suus non redimet terram suam sicut faciebat† tempore fratris mei, sed legitima et iusta† releuatione releuabit eam. Similiter et homines baronum meorum legitima et iusta releuatione releuabunt terras suas de dominis suis.

meorum,] uel add. Hexh; seu add. Lond

meorum, comitum] comitum meorum Roff

siue] uel Herts

faciebat] facere consueuerat Herts

legitima et iusta] iusta et legitima Roff

Sharpe trans. online

Henry king of the English to Bishop N. and M. sheriff and all his barons and sworn men French and English of Anyshire greeting.

[1] Know that, by the mercy of God and the common counsel of the barons of the realm of England, I have been crowned king of the same realm. And because the realm has been burdened with unjust exactions, I, out of respect for God and the love I have towards you <all>, in the first place cause God’s church to be free, on such terms that I shall neither sell [it] nor lease it at farm, and when an archbishop or bishop or abbot has died I shall receive nothing from the demesne of the church or from its men until a successor enters into it. And all the bad customs by which the realm of England was unjustly burdened I take away from it, which bad customs I here record in part.

[2] If any of my barons, whether earls or others who hold of me, shall have died, his heir shall not redeem his land as he used to do in my brother’s time, but shall relieve it with a lawful and just relief. Likewise also the men of my barons shall relieve their lands of their lords with a lawful and just relief.

[3] Et si quis baronum uel aliorum hominum meorum† filiam suam nuptum† tradere uoluerit siue sororem siue neptem siue cognatam, mecum inde loquatur. Sed neque ego aliquid de suo pro hac licentia accipiam neque defendam ei quin eam det, excepto si eam iungere† uellet† inimico meo. Et si mortuo barone meo uel alio homine filia heres remanserit, illam dabo consilio baronum meorum cum terra sua. Et si mortuo marito uxor eius remanserit et sine liberis fuerit, dotem suam et maritationem habebit, et eam non dabo marito nisi secundum uelle suum.

baronum uel aliorum hominum meorum] baronum meorum uel aliorum hominum Worcs; baronum uel hominum meorum J QuadrHn; baronum meorum uel aliorum hominum meorum Lond

nuptum] nuptui (in two copies of Herts and one of Interp) Herts Hexh Interp; nubitum Hn

iungere] dare Herts

iungere uellet] uellet iungere Roff

[3] And if one of my barons or my other men shall have wished to give his daughter to marry or his sister or his neice or his cousin, he shall speak with me on the matter. But I shall not receive anything of his for this permission nor shall I forbid him to give her, unless he wished to marry her to my enemy. And if, when my baron or another man has died, his daughter shall have remained as heir, I shall give her and her land by the counsel of my barons. And if, when a husband has died, his wife shall have remained and shall be without children, she shall have her dower and marriage gift, and I shall not give her to a husband except in accordance with her wish.

[4] Si uero uxor cum liberis remanserit, dotem quidem et maritationem suam habebit, dum corpus suum legitime seruauerit, et eam non dabo nisi secundum uelle suum. Et terre et† liberorum custos erit siue uxor siue alius propinquorum qui iustius esse debebit†. Et precipio ut barones mei similiter se contineant erga filios et filias uel uxores† hominum suorum.

et] om. Herts Hexh Interp Lond

debebit] debet Herts; debeat Roff

et filias uel uxores] uel filias uel uxores Hexh Worcs; et filias et uxores J

[4] But if any wife shall have remained who has children, she shall have her dower and marriage gift for as long as she shall have kept her body lawfully, and I shall not give her except in accordance with her wish. And the custodian of the land and the children shall be either the wife or another relative who ought more justly to be custodian. And I command that my barons likewise shall restrain themselves towards the sons and daughters or wives of their men.

[5] Monetagium commune, quod capiebatur per ciuitates et per† comitatus, quod non fuit tempore Eadwardi regis†, hoc ne amodo sit† omnino defendo. Si quis captus fuerit siue monetarius siue alius cum falsa moneta, iustitia recta inde fiat.

et per] et Interp Lond Roff; uel Herts

Eadwardi regis] regis E(a)dwardi J Hexh Lond QuadrHn Roff

sit] fiat J Herts QuadrHn

[5] The common mint tax, which was levied through boroughs and shires, which did not happen in King Edward’s time, I altogether forbid that this shall happen hereafter. If anyone shall be seized in possession of false money, whether he be a moneyer or someone else, lawful justice shall be done in the matter.

[6] Omnia placita et omnia debita que fratri meo debebantur condono, exceptis rectis firmis meis et exceptis illis que pacta erant pro aliorum hereditatibus uel pro eis rebus que iustius aliis contingebant. Et si quis pro hereditate sua aliquid pepigerat, illud condono, et omnes releuationes que pro rectis hereditatibus pacte erant.

[S. E. Thorne, “Henry I’s Coronation Charter c. 6,” EHR 93 (1978) 794 proposes that this should read: “Omnia placita et omnia debita que fratri meo debebantur condono, exceptis rectis firmis meis et exceptis illis que pacta erant pro aliorum heredibus uel pro eis rebus que aliis contingebant et omnibus rectis releuationibus que pro hereditatibus pacte erant.. Et si quis pro hereditate sua aliquid iustius pepigerat, illud condono.”]

[6] All pleas and all debts that were owed to my brother I pardon, apart from my lawful farms and apart from those that were agreed for the inheritances of others or for those things that more justly fell to others. And if anyone had pledged anything for his own inheritance, I pardon that and all reliefs that had been agreed for lawful inheritances.

[S. E. Thorne, “Henry I’s Coronation Charter c. 6,” EHR 93 (1978) 794 would translate as amended: “I remit all payments and debts owed to my brother, except my rightful dues and except those promised for the heirs of others or for the lands that belonged to others, and all rightful reliefs agreed upon for inheritances. If anyone has promised something more than is right for his inheritance, that I remit.]

[7] Et si quis baronum uel hominum meorum infirmabitur, sicut ipse dabit uel dare disponet pecuniam suam, ita datam esse concedo. Quod si ipse preuentus uel armis uel infirmitate pecuniam suam nec dederit nec dare disposuerit†, uxor sua siue liberi aut parentes aut† legitimi homines eius eam pro anima eius diuidant, sicut melius eis† uisum fuerit.

nec dederit nec dare disposuerit] non dederit uel dare disposuerit Hexh Roff; non dederit nec dare diposuerit J Interp Lond QuadrHn

aut] et Herts Hexh Interp Roff

melius eis] eis melius Herts Interp Lond Roff

[7] And if any of my barons or men shall be sick, just as he will give or intend to give his wealth, so I grant it to have been given. But if he is cut short unexpectedly by warfare or sickness and shall not have given or intended to give his wealth, his wife or his children or relatives or his lawful men shall divide it as shall have seemed best to them for the good of his soul.

[8] Si quis baronum uel hominum meorum forisfecerit, non dabit uadium in misericordia pecunie sue sicut faciebat tempore patris uel fratris mei, sed secundum modum forisfacti ita emendabit sicut emendasset retro a tempore patris mei in tempore aliorum antecessorum meorum. Quod si perfidie uel sceleris conuictus fuerit, sicut iustum fuerit†, sic emendet.

iustum fuerit] iustum erit J QuadrHn; erit culpa Herts

[8] If any of my barons or men shall have done wrong, he shall not give a pledge in the mercy of his wealth as he used to do in my father’s time or my brother’s, but according to the measure of the wrong he shall pay compensation as he would have paid compensation before my father’s time in the time of my other predecessors. But if he shall be convicted of perjury or crime, he shall pay compensation in accordance with what is just.

[9] Murdra etiam retro ab illa die qua in regem coronatus fui omnia condono. Et ea que amodo facta fuerint, iuste emendentur secundum lagam regis Eadwardi.

[9] I pardon all murders before the day on which I was crowned. And those that have been done thereafter, they will be justly compensated in accordance with the law of King Edward.

[10] Forestas† communi consensu baronum meorum in manu mea ita retinui, sicut pater meus eas habuit.

Forestas] Forestes Worcs

[10] Forests, by the common consent of my barons, I have retained in my hand just as my father had them.

[11] Militibus qui per loricas terras suas deseruiunt†, terras dominicarum carucarum suarum quietas ab omnibus geldis et ab omni opere proprio dono meo concedo, ut sicut tam magno grauamine alleuiati sunt, ita equis et armis se bene instruant, ut apti et parati sint ad seruitium meum et ad defensionem regni mei.

deseruiunt] defendunt Herts Roff; defendunt et deseruiunt Lond

[12] Pacem firmam in toto regno meo pono et teneri amodo precipio.

[13] Lagam regis Eadwardi uobis reddo cum illis emendationibus quibus pater meus eam emendauit consilio baronum suorum.

[14] Si quis aliquid de meo uel de rebus alicuius post obitum regis Willelmi fratris mei cepit, totum cito reddatur absque emendatione. Et si quis inde aliquid retinuerit, ille super quem inuentum fuerit grauiter michi emendabit.

Teste† Maur(icio) Lond(oniensi) episcopo et Willelmo electo Winton(iensi) episcopo et Gerardo Hereford(ensi) episcopo et Henrico comite et Simone comite et Waltero Gifardo †et Roberto de Munford et Rogero Bigodo et Eudone dapifero et Roberto filio Hamonis et Roberto Malet. Apud Westm(onasterium) quando coronatus fui. Valete.

Teste] Testibus J Herts Lond QuadrHn

Waltero Gifardo] Waltero comite Gifardo Hexh; Waltero Gifardo comite Herts Interp Lond

[11] To knights who earn their lands by military service, I grant by my own gift that they shall have the lands of their demesne ploughs quit of all gelds and of all works, so that being relieved of so great a burden they shall so equip themselves better with horses and arms that they shall be fit and ready for my service and for the defence of my realm.

[12] I set a firm peace in my whole realm and I command that it be kept hereafter.

[13] The law of King Edward I restore to you together with the improvements by which my father improved it by the counsel of his barons.

[14] If anyone took anything from what is mine or from the property of anyone else after the death of King William my brother, he shall quickly restore it in full and shall not pay compensation. And if he shall have retained anything thereof, he will pay heavy compensation on what shall be found.

[Witn] Witness Maurice bishop of London and William bishop elect of Winchester and Gerard bishop of Hereford and Earl Henry and Earl Simon and Walter Giffard and Robert de Montfort and Roger Bigod and Eudo Dapifer and Robert fitz Haimo and Robert Malet. At Westminster when I was crowned. Farewell.